



**Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

Tractatus de Beatitudine, de Actibus humanis, eorumque Moralitate, de  
Virtutibus ac Donis, de Vitiis ac Peccatis, & de Legibus, nec-non  
Dissertationem Theologicam de Probabilitate

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

§. III. Ratio fundamentalis nostræ conclusionis exponitur

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78232](#)

Grégorium de morbis animi consulamus, de que remediis quibus sanandi sunt: respondebit in proleg. pastora. par. 3. Non una eademque exhortatio cunctū congruit, quia non cunctos per morum qualitas adstringit: saepe namque alii officium, quae alii proficiunt; quia & plerumque herba quae hec animalia emuntrunt, alia occidunt; & leuis fibilis equos mitigat, casulos inficcat; medicamentum quod hunc morbum immunit, alteri vires jungit; & panis qui ritam fortium roboret, parvulum nesciat. Et homil. 32. in vang. Celestis medicus (inquit) singulis quibusque ritis obviantia adhibet medicamenta. Nam sicut in arte medicine calida frigidū, frigida calidū curantur; ita Deus noster contraria opposuit medicamenta peccati. Idem docet Chrysostomus homil. 5. ad populum Antioch. ubi sic habet: Contraria contraria curare medicorum filii jument. Ex crupula ergo nata effebi; & inedia morbum corrigit. Ex tristitia quis infirmus est: letitiam huic aptam medicinam esse dant. Sic & anima agrititudinibus fieri portet. Ignoraverunt ergo SS. Patres novam illam artem mendendi morbis animalium, quam novi Calviniæ adeo excolunt & prædicanter, & recensillud ac mirabile probabilitatis pharmacum, quo solo puant contrarios animi morbos posse sanari. Udeiterum redit illud magni Guigonis: O apollorum tempora insolitissima! O viros illos ignorantie nebris involutos, & omni miseratione dignissimi! &c.

<sup>4</sup> Probatur tertio conclusio ex D. Chrysostomo homil. 44. in Matth. ubi sic habet: Sive lumen emptum, unum geras negotiatorem, & alterum, & ubi meliores vestes inveneris, & preto vilioris, si illas comparas, an non oportet populum circuire omnes Didore, & inquirere ubi sincerè veritas Christi venundatur, & ubi corrupta, & veriore eligere plusquam verisimiliter? Quibus verbis aperte docet, quod si cu ex præcepto prudentia tenemur emere vestes meliores, ita & eligere veritatem & probabilitatem sententiam. Quam rationem fuisse §. 5. expendum.

Probatur quartò ex D. Bernardo libro de præcepto & disp. cap. 14. ubi docet ad bonam actionem duo requiri, nempe charitatem in intentione, in electione veritatem: quorum alterum si defuerit, vitiosam illam aliquatenus esse pronuntia. Vi interior oculus (inquit) vere simplex sit, & illa esse arbitrio necessaria, charitatem in intentione, & in electione veritatem. Nam si bonum quidem diligat, sed verum non eligat, habet quidem zelum Dei, sed non secundum scientiam; & nec si quoadmodum iudicavit, vera esse posse cum falsitate simplicitas. Sed qui eligit opinionem minus probabilem, in concilio probabilitatis, non habet in electione veritatem; cum non eligat id quod sibi videtur verius & probabilius; imò potius eam aliquo modo spernit, cum rejicit sententiam, quae magis videatur ipsi veritati confusa: Ergo ille non reget, nec habet interior oculum vere simplicem.

Probatur quintò ex Divo Thoma quodlib. 9. articul. 5. ubi ait questionem, an licitum sit habere plures præbendas, periculose determinari, quia ambigua est, dum Theologi Theologis, & Juristi Juristi inveniuntur contraria sentire. Sed si licet eligere opinionem minus probabilem, in concilio probabilitatis, nullum est periculum in decisione hujus questionis, propter diversas opiniones Doctorum; quemcumque enim opinio, sive probabilior, sive minus probabilis eligitur, homo excusatetur à peccato; cum ju-

A xta Adversarios omnes opiniones probables secura sint, imò ut ait Caramuel supra citatus, Benigniores, et si aliquando sint minus probabiles, per accidentem sunt semper utiliores & securiores. Ergo juxta D. Thomam non licet sequi opinionem minus probabilem, in concilio probabilitatis.

Confirmatur ex eodem S. Doctore quodlib. 27. art. 13. ubi etiam querit, An illi qui habet plures præbendas peccet ex hoc ipso quod opiniones Magistrorum sunt in contrarium? Et respondet in argu-

mento sed contra: Potest esse quod in tali casu aliquis adhibet diligentiam, inquirens an habere plures præbendas sit licitum, nec invenit aliquid quod eum moveat ad hoc quod sit illicitum: Ergo videtur quod sine peccato possit possidere plures præbendas. Et in corp. articuli concludit, quod si ille qui possidet plures præbendas in quandam dubitationem inducitur ex contrarietate opinionum, & manente tali dubitatione plures præbendas habeat, periculose committit, & sic proculdubio peccat, ut ipse magis amans beneficium temporale, quam propriam salutem. Sed qui sequitur opinionem minus probabilem, in concilio probabilitatis, habet aliquod motivum ad contrarium opinandum; imò magis urgente rationes in oppositum, quod opinio quam sequitur sit falsa, quam propria suadeant motiva quod sit vera; unde non potest non induci in quandam dubitatem & formidinem de ejus veritate, ut infra ostendimus: Ergo juxta principia doctrinæ D. Thomæ, qui sequitur opinionem minus probabilem, in concilio probabilitatis, non potest à peccato excusari.

Præceptor Angelico concinit Doctor subtilis, cuius mentem circa hanc questionem nuper aperuit, & egregie prosecutus est Anonymus quidam ejus Discipulus, Theologia Professor in conventu Tololano R.R. Patrum Recollectorum, opusculo de Prudentia Christiana, contra abusum quintæ conscientiae, sic enim, obliuē licet, opinionem probabilem vocat. Duo solum ex variis qua adducit, Scoti testimonia referam. Unum habetur in 3. dist. 25. qu. 1. num. 8, ubi ait: In moralibus quando sunt altercationes de aliquo peccato, quando primò est mortale, ut si unus peritus in scientia dicat quod non licet, sic mercari, & aliud dicat quod licet; tuiris est non procedere sic nec sic, sed expedere quousque veritas patet aliunde: si enim ita esset quod unus Doctor diceret aliquem peccare mortaliter nisi sic faceret, & aliud quod peccaret si sic faceret, tunc similius foret perplexus: ideo bene videndum est in moralibus, antequam aliquid assertur, quia videlicet cum habens duas opiniones contrarias perplexus sit, periculose se determinaret ad unam, nisi, re diligenter inspectâ, illam probabilem agnoscere. Alterum desumitur ex 4. dist. 11. qu. 6. ubi sic habet: Cum multis sit probabilitas pars negativa, non sine peccato aliquis exponit dubio, sequendo affirmativam minus probabilem. Ex quibus patet utriusque Scholæ, Angelicæ, & Subtilis, Principes a Duce, aperte state pro nostra sententia.

### S. III.

#### Ratio fundamentalis nostra conclusionis exponitur.

RATIO fundamentalis nostra conclusionis 29 potest sic breviter proponi. Ad rectitudinem operationis requiritur tertitudo saltus moralis de ejus honestate, excludens moralem formidinem: Sed qui sequitur opinionem minus proba-

## DISSERTATIO THEOLOGICA

probabilem, faventem libertati, in concurso probabilitatis, quae faveret praceptor; v.g. quia facit aliquem contractum, quem probabilis existimat esse usurarium, aut simoniacum; vel qui absque necessitate pingit in die festo, probabile existimans id sibi licere, licet oppositum judicet probabilis & verisimilis, non habet talen certitudinem: Ergo non recte & honeste operatur. Major est certa: quia ut actus sit honestus & moraliter bonus, debet dirigi a prudentia, quae est generalis regula actuum humanorum: prudentia autem, cum sit virtus intellectualis practica, requirit certitudinem saltem moralem in suo objecto. Unde recte dicunt Salmanticenses 1, 2, qu. 37. art. 4. num. 4. *Sicut virius intellectualis speculativa in eo consistit, ut intellectus per se fallibilis rebus necessariis & infallibilibus conformetur; ita virtus intellectualis practica (qualis est prudentia) in eo sita est, ut res seu actiones ex se contingentes, forme infallibili, per quam intellectus in eas influat, conformatur.*

**31** Minor etiam non appareat minus evidens. Quis enim affirmare audeat se habere moral certitudinem de honestate illius operationis, quae magis mala quam bona sibi appetit, & de qua hoc judicium & dictamen habet: probabilis & verisimilis est, hanc actionem esse malam & illicitam? Sed qui operatur ex opinione minus probabili, quae stat contra praecipum, in concurso probabilitatis, quae faveret praceptor, non potest non habere tale judicium & dictamen in intellectu; cum opinio probabilis favens praceptor, dicter, & suadeat probabilis esse & verisimilis, actionem illam esse malam & illicitam: Ergo qui sequitur opinionem minus probabilem, faventem libertati, in concurso probabilitatis, quae faveret praceptor, non habet certitudinem moralis de honestate & bo-

nitate morali sua operationis.  
**32** Confirmatur: Qui habet suspicionem, scrupulum, aut dubium, quod aliqua actio sit illicita, non habet certitudinem moralis de ejus honestate & bonitate morali: Sed qui sequitur o. D opinione minus probabilem, favente libertati, in concurso probabilitatis, quae stat pro praceptor, habet non solum suspicionem, scrupulum aut dubium, quod actio quam facit sit illicita, sed etiam aliquid majus, nempe conscientiam probabilem, imo & maiorem probabilitatem, ut parer, cum pro hac parte validiora habeat motiva quam pro alia: Ergo non habet moral certitudinem de rectitudine & honestate sua operationis.

**33** Respondent Adversarii: Eum qui operatur ex opinione minus probabili, quae faveret libertati, in concurso probabilitatis, quae stat pro praceptor, habet certitudinem moralis de rectitudine & honestate sua operationis: quia licet habeat hoc judicium speculativum, probabilis & verisimilis est hanc actionem esse malam & illicitam, v.g. pingere in die festo, vel plures habere praebendas sine dispensatione, aut offerte pecuniam pro beneficio, tanquam motivum, non tanquam pretium, habet tamen simul aliud judicium practicum & rectum, certificans conscientiam de rectitudine operationis, nempe illud: sequens quacumque sententiam probabilem, tutu operatur, & securus est de rectitudine & honestate sua operationi; vel, ut alii dicunt, Qui probabilitatem incedit, tutu incedit. Unde addunt dubium quod ille habet de rectitudine sua operationis, si merè specu-

lativum, subindeque posse stare cum certitudine practica. Quod ut explicit, duplex in intellectu judicium distinguent: unum quod appellant *recte practicum*, quia est applicatum ad opus, & operationem humanam immediatè regulat & dirigit; aliud quod *simpliciter practicum* nominant, quia licet circa agibilia versetur, adhuc tamen ad opus singulare applicatum non est, nec a. etum humanum immediatè dirigit; & subdicit, quod licet istud judicium in eo qui sequitur sententiam minus probabilem, faventem libertati, in concurso probabilitatis, que stat pro praceptor, dubium sit & incertum, habeatque necessario adjunctionem formidinem partis opposita, aliud tamen est firmum ac certum, & excludit omnem dubitatem practicam, & moralis formidinem de malitia morali sua operationis.

Hec responsio & doctrina est praecipuum ac ferè unicum adversæ sententiae fundamentalium, unde ad illam tanquam ad tutissimum asylum semper confugunt. Adversarii, cum vi argumentorum premuntur, eoque dogmate, *Qui probabilitatem incedit, tutu incedit, veluti fortissimo clypeo, omnia quae in ipsis vibrantur tela, putante posse repellere. Sed difficile non est eos ab illa arte depellere, & murum hunc aricata, clypeumque illum stramineum penitus infringere.*

In primis enim ab ipsis quarto, an illud dogma sit certum, vel tanquam probabile? Certum esse si respondeant, pergam quætere undanam istam certitudinem repeatant? An ex Scriptura? At multis Scripturar locis impugnatur hoc dogma, nullo stabilitur, ut ex supra dictis patet. An ex Patribus? Sed nec ullum pro ipso afferre possunt Patrum testimonium. An ex ratione? Nec ullam pariter rationem evidentem & demonstrativa possunt adducere. Si vero dicant tale dogma esse tantum probabile, ut proculdubio dicere tenentur, manifestum est illud non esse medium sufficiens ad certificandum hominem de rectitudine sua operationis, subindeque non posse omnem dubitatem practicam, & moralis formidinem a conscientia tollere, seu moral certitudinem ipsi tribuere de rectitudine & honestate sua operationis: sicut enim ex contingentia solum contingens, ita & ex probabili & fallibili, non nisi probabile & fallibile sequi potest.

Dices forte: *Quod licet tale dogma ab intrinsecō, seu à rationibus & motivis intrinsecis, non sit certum & infallibile, sed probabile tantum & opinabile, ab extrinsecō tamen habet omnitudinam certitudinem & infallibilitatem, nempe ex suffragio & autoritate plurim graviorum Theologorum, & Calistarum, qui illud certum esse assertunt, & omnitudinam securitatem spondent quacumque opinionem probabilem sequentibus, etiam in concurso probabilitatis & tutioris, ut supra ex Caramuele & Tamburino visum est.*

Sed contra: Omnes illi Theologi, & Calistar (estò eruditio, sapientia, & pietate celebres sint) non sunt haud dubie tantum auctoritatis in Ecclesia, quanto D. Augustinus, Doctorum aquila, & humanorum ingeniorum apex, eique sapientia, prudentia, eruditione, pietate, & animarum zelo, multò inferiores existunt; & tamen ille S. Doctor ingenio proficitur securitatem à te daram nihil valere apud Deum, si à lege divina dispensatur. Ecce (inquit homil. II.) dat tibi securitatem.

curitatem procurator, quid tibi prodest si paterfamilias non accepte? Procurator sum servus sumvū tibi dicam, vire quomodo vī, Dominus te non perdet. Securitatem ubi procurator dedit; nihil valer securitas procuratoris: utinam tibi Dominus securitatem daret, & ego te secum faciem: Dominis enim securitas valet, etiam si non sum mea, nihil valer, si ille noluerit. Cū ergo Deus securitatem non promiserit quacumque opinionem probabilem sequentibus, nec ullum hujus dogmatis in Scriptura aut Sanctis Patribus extet vestigium; & illud ratione firmā probari non possit, inquit potius ratione videatur contrarium, ut infra patebit, manifestum est illud à novorum Theologorum & Calvistorum suffragio non posse omnimead securitatem & firmitatem habere, quæ mortalem omnem excludat formidinem, quæve operantem ex opinione minus probabili, in concursu probabilitioris, à peccato excusat. Unde Lacordarius libro tertio capite decimo recte admonet: Ne tribunus autoritate cuiusquam; sed veritati potius accedamus. Et subdit: Nullus hic temeritatis locus est: in annum fultitia pœna subienda est, si aut persona inanis, aut opinio falsa decepitur.

Addo novorum Theologorum & Casuistarum authoritatem & suffragium, non posse ultima probabilitatis sphæram aliquam sententiam evicare: unde quamvis prædicto dogmati accedat extrinsecum illorum suffragium, semper remaneat intra limites & terminos probabilitatis; subindeque moraliter certitudinem causare nequit, nec omnem formidinem & dubietatem manuam probatam à conscientia expellere: nam, ut supra dicebamus, sicut ex contingentī solū contingens, ita & ex probabili & fallibili non nisi probabile & fallibile sequi potest.

Ex quo patet, judicium reflexum de probabilitate sententia minus probabilis, in concursu probabilitoris, non posse certificare conscientiam de rectitudine operationis, & omnem formidinem ac dubietatem de malitia ejus excludere: dubetas enim & formido non possunt excludi, nisi per aliquod principium firmum & certum: Sed istud dogma Adversariorum; sequens quacumque probabilem sententiam, tutò operatur vel qui incedit probabiliter, tuò incedit, non est certum aut firmum, sed dubium, incertum, & dantaxat probabile & opinabile, ut jam ostendimus: Ergo, &c.

Confirmatur primò: Dubitatio debet semper tolli per aliquid certius eo de quo dubitatur: Sed prædictum dogma Adversariorum non est certius eo de quo dubitatur, putà an licet habere plures probandas? An licitum sit pingere in die festi, &c. utrumque enim solūm probabile est, subindeque incertum & fallibile: Ergo per tale dogma, seu per judicium reflexum de probabilitate sententiae, non potest tolli omnis formido & dubetas de malitia moralis operationis.

Confirmatur secundò: Si probabilitas reflexa cognita in aliqua opinione, seu judicium reflexum de probabilitate alius sententiae, formidinem & dubietatem de malitia moralis operationis excluderet, sequeretur affirmacionem esse causam negationis, & possem recte concludere me non habere de aliquo formidinem & dubietatem, quia de eo habeo formidinem & dubietatem: Sed hoc absurdum est: Ergo & illud. Sequela patet: quia formido & dubetas sunt de intrinseca ratione opinionis probabilis;

A nam ut ait D. Thomas quæstione decima quarta de veritate articulo primo. Tunc est dispositio opinionis, quando intellectus magis inclinat in unam partem, sed de opposita dubitat: & prima parte, quæstione septuagesima nona, articulo nono, Opinio (inquit) significat alium intellectus, qui fertur in unam partem contradictionis, cum formidine alterius: Ergo si judicium reflexum de probabilitate alius sensentia tollat formidinem & dubietatem de malitia moralis operationis, sequitur affirmationem esse causam negationis, & me non habere de aliquo formidinem & dubietatem, quia de illo habeo formidinem & dubietatem.

Confirmatur tertio: Si ex vi probabilitatis

B sententia minus probabilis operans posset certificari hic & nunc se non peccare, ipsam eligen-  
do, nullus unquam peccaret, sequendo conscientiam dubiam: Sed hoc dici nequit: Ergo nece-  
ssit illud. Minor est certam ut ait Divus Thomas quodlibet octavo, articulo decimo tertio. Si  
ille qui habet plures probandas in quandam dubitatio-  
nem inducitur contrarietate opinionum, & manente du-  
bitatione plures probandas habet, periculo se commitit;  
& sic procul dubio peccat, ut pote magis amans benefi-  
cium temporale, quam propriam salutem. Et Cajetanus  
tomō primo opusculi tractatu ultimo resp.

C 13. dubio ultimo: Si applicatio (inquit) ad opus fluctuat circa rectum & obliquum moris, scrupulus est  
conscientia, contra quem illicitè agitur, & obliquitas  
morali incurritur. Sequela vero Majoris proba-  
tur: Non datur conscientia dubia, nisi simul con-  
cipiatur cum aliquo probabilitate; id est enim  
quis de veritate alius propositionis dubitat,  
& fluctuat inter utramque partem contradic-  
tionis, quia utrinque habet rationes probables: Ergo si sola probabilitas reflexè cognita in aliqua  
opinione, certificat conscientiam de rectitudine  
& honestate operationis, sequitur nullum  
unquam ex conscientia dubia peccare; nam semper  
habebit aliquod principium ipsum certifi-  
cans de honestate & rectitudine sua operationis, oīmitum istud: Sequens quacumque sententiam  
probabilem, de honestate & rectitudine sua operationis  
securus est.

#### S. IV.

Aliæ rationes expenduntur.

PRAETER rationem jam adductam, quæ  
principia & fundamentalia est, plures aliæ  
supponunt ad nostram conclusionem suadendam, & ad probandum non esse licitum sequi  
opinionem minus probabilem, faventem liber-  
tati, in concursu probabilitoris, quæ stat pro præ-  
cepto.

Prima est: Sententia minus probabilis, licet 43  
secundum se, & dum non apparet alia probabi-  
litas, sit probabilis, tamen comparatione facta  
ad probabilitatem, non manet probabilis, sed  
fallax & improbabilis censetur: Atque senten-  
tiam cognitam improbabilem & fallam, nemo  
tutam conscientiam sequi potest: Ergo nec senten-  
tiam minus probabilem, in concursu probabilitoris.  
Major, in qua est difficultas, probatur: Sic  
se habet minus verum ad intellectum, sicut mi-  
nus bonum ad voluntatem: Sed sic est quod re-  
spectu voluntatis, licet quodlibet vere bonum  
sit amabile, secundum se sumptum, tamen com-  
paratione ad maius bonum, non est amabile,  
negat bonum; unde facta comparatione inter